



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. Quænam Ecclesiæ, vel loca Ecclesiastica, aut personæ, & quibus teneantur solvere procurationes, vel non teneantur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

nisi in quantum in loco visitationis assumuntur, Notatio tamen, ob laborem conficiendorum v. g. decretorum, & multorum sæpe scribendorum, si aliunde justum salarium non habeat, plus aliquid etiam in pecunia exigendum conceditur: vix tamen multus usus videtur apud nos harum procurationum. Videatur *Trident. sess. 8. capite citatis.*

§. II.

Quibus Prælati, & quando, ac quâ ratione præstari debeant procuraciones?

ORdinariè procuraciones tales debentur non tantùm Episcopis, & his Superioribus, sed etiam aliis inferioribus Prælati, qui jus visitandi habent, dum actu, & personaliter visitant; & Sedis etiam Apostolicæ Legatis, quamvis actu non visitent, sed occasione necessarii itineris per locum talem transeunt, aut in eo moram necessariam trahunt *c. procuraciones 23. h. t.* ita tamen, ut semper observari debeat, ne harum procuracionum occasione, nimium graventur Ecclesiæ, sicuti enim de necessariis vult talibus provideri Pontifex, ita neque Ecclesiis molestus esse cupit (& ob hanc fortassis causam hodie talium procuracionum, præsertim Legatis pendendarum, nulla amplius praxis est) & si visitatores officium suum in visitatione non faciunt, prædicationi, correctioni, & reformationi, &c. vacando, procuraciones tamen accipiunt, vult illos ad restitutionem esse obligatos illius, quod acceperunt, & ut tantundem adhuc addant Ecclesiæ impendendum, quam frustra gravaverunt.

§. III.

Quanam Ecclesia, vel loca Ecclesiastica, aut persona, & quomodo tenentur solvere procuraciones, vel non tenentur?

Ecclesiæ omnes, sive secularis sive sive regulares, etiam, que in iure te Episcopali existunt, monasteria, Collegia in Ecclesiis collegiatis ecclesiastica, &c. solvere debent Episcopo, vel alteri Vicario personaliter visitandi, vel Archiepiscopo etiam Provinciam ad litteras visitandi, procuraciones, nisi specialibus privilegiis exempta sint *c. Canon venerabilis 21. c. Sopita 14. c. Innocentius 24. h. t.* neque ullo unquam tempore, etiam immemoriali, contra tales procuraciones præscribi potest, in quibus tamen solvendis observanda est cautela, uti Tridentinum loquitur *sess. 24. cap. 3. De reformat.* ab hospitalibus, & ejusmodi piis fundacionibus, quamvis ab Episcopo visitari possint, nullæ tamen procuraciones exigi, & debent (ne quæ bona ad certos piis fundata sunt, ad alios usus expendantur) uti nec ab oratoris privatis, aut à personis Ecclesiis, &c.

§. IV.

Alia quadam ad procuraciones pertinentia proponuntur, & respondentur?

Primò quidem non potest jure proprio rationis, ratione visitationis debita, expressè, aut per pactum remitti ex toto, & in perpetuum ab Episcopo, &c.